



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd consanguinitas vsque ad septimum geniculum conseruari debeat. xi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

In quo ramusculo consanguinitatis legitima con-  
nubia fieri possint. Cap. X.

*Ex dictis eiusdem.* **B**eatus Isidorus de consanguinitate sic loquitur. *C*on series septem gradibus dirimitur, hoc modo: Filius filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsim scilicet ex radice illius trunci egrediuntur isti rami: li, nepos & neptis, primus: pronepos & proneptis, secundus: abnepos & abneptis, tertius: adnepos & adneptis, quartus: trinepos & trineptis, quintus: & trinepotis nepos, trinepotis neptis, sextus. Hæc consanguinitas, dum se latim in propaginū ordinibus dirimens, usque ad ultimum gradum sese subtraxerit, & propinquitas esse desierit, primū lex in matrimonii vinculum recipietur, & quod modo reuocabit fugientem. Ideo autem usque ad sexū generis gradum consanguinitas constituta est, ut si cum sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finita propinquitas generis tot gradibus terminetur.

*Quod consanguinitas usque ad septimum geni-  
culum conservari debeat.* Cap. XI.

*Ex epist. Greg. pa-  
pae, episco-  
pis Gal-  
lie missa.* **P**rogeniem suam unumquēque ad septimam obser-  
vare decernimus generationem, & quādiu se agnoscere  
affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accede-  
re denegamus. Quod si fecerint, separantur.

*De eadem re.* Cap. XII.

*Ex cōcil. apud the-  
odonis vil-  
lam habi-  
to. ca. 8.* **N**ullus fidelium usque ad affinitatis lineam, id est  
que in septimam progeniem, consanguineam in  
cat vxorem, vel eam quoquo modo incesti macula pollu-  
tum habet. Si quis vero hoc temere presumperit, ut incestum lux-  
to, publicè, iuxta canonicos gradus peniteat.

*De eadem re.* Cap. XIII.

*Ex cōcil. Lugdun. cap. 10.* **N**ulli ex propinquitate sui sanguinis usque ad septi-  
mam gradū uxores ducant, neque sine benedictione sac-  
cerdotis. Qui ante innupti erat, a sacerdote benedicti-  
bere audeant.

*Ex cōcil. Aurelia. cap. 10.* **D**e eadem re. Cap. XIV.  
**N**ullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate  
sui sanguinis, vel uxoris, usque in septimi generis